



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

Meditandi solatia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

diluculasset, instituti memor, strato se, prius multò quam lege iubebatur, corripere; ac ne destinata commentatio teperet, custodia sensus omnes acriter munire; vt intra lectuli velum plerumque abstrusus, tumultuantibus curis præcluderet accessum.

*XVII. Meditantis solatia.*

**I**N hac animi quiete, magnam vim lacrimarum solitus est fundere; quoties cū animo suo, hinc impensa Dei beneficia, hinc mortalium admissa scelera, reputabat. Sed nusquam nec vberius animam hi imbres, neque suauis irrigabant, quàm vbi materies, & argumentum suberat, quo Christi patientis dolores meditati subiicerentur. Enim vero tum ille, quantus quātusque

tusque  
proc  
man  
lem  
quic  
mol  
voti  
ado  
ipfa  
mul  
um  
rum  
ne,  
ræ c  
tior  
feri  
esse  
seue  
som  
nod  
per  
quā

## VBALDINI. 41

tusque erat, ardescere; & lacrimæ prodigus, sanguinem ipsum animamque imitandi desiderio, vilem habere: certè autem, quicquid asperum in Vita perpeffuq; molestum esset, id ebullientibus votis appetere. Quod quidem adolescentis desiderium, & res ipsa mox docuit, & nos haud multò post monstrabimus, feruum fuisse. Ceterum in hac rerum celestium contemplatione, profestis quidem diebus, horæ dimidium, (quod scholæ rationes plus ei non permitterent) feriatis autem, quod otij tunc esset, abundè, solidas horas perseverabat. Nec rarò accidit, ut à somno experrectus, magnam noctis partem in hac palæstra peruigilaret; miratus identidem, quæ homines dementia capti, tan-

tantas cælitū illecebras & multa, fluxis auderent voluptatibus post habere; & fastiditis opibus, mentem magno inani pascere?

*XVIII. Trium desideria Rerum.*

**S**E interim quoad vitam hanc mortalem degeret, trium præcipuè rerum alebat usu delectari; præ quibus omnia sibi cetera sorderent. Sciscitantibus, quænam & cuiusmodi essent hæc respondit esse: Si vel in turba non nisi de Deo diuinisque loqui; vel solus, assiduè cum Deo colloqui; vel vbi demum foret, **DEVM** suum de Cruce suspensum contèplari perpetuò fineretur. Quæ tria si ad satietatem vsque suppetenterent, eam verò haud cubiam votorum suorum metam fore. Atque ab hac origine manauit

eius

eius  
vt,  
rem  
les  
soci  
uini  
rum  
tum  
tibu  
solu  
duce  
ad  
effu  
hum  
crim  
niter  
tend  
inter  
stor  
clam  
obs  
volu